



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 124. Comitibus de Fuxo Oratores ad Synodum decreti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Ecclesiarum urbis Constantiensis affixum  
A.C. 1416. est, discesserunt Patres.

## §. CCXXIV.

*Legati Comitis Fuxi ad Synodum.*

*Schelstr. act. Conc. p. 251.* Synodus jam antea ad Albaniae Ducem, qui durante Regis Roberti captivitate Scotiae Regnum administrabat quemdam Fratrem Ordinis Prædicatorum natione Scotum ablegavit. Hic Constantiam redux, ejusdem Ducis epistolam detulit, in qua se brevi solemnem legationem, animo sese Synodo uniendi, expediturum pollicitus est. Eodem tempore duo Episcopi, Comitis Fuxi legati, advenerant, & Cardinali de Fuxo se junxerant, ut a Patribus admitterentur, quod die decima quarta Decembris ante sessionem XXV. eodem ritu peractum est, quo Arragonenses Oratores antea Concilio aggregati fuere.

## §. CCXXV.

*Sessio vigesima quinta.*

*Labbe Conc. to. 12. p. 206.* Postquam Legati, nomine Comitis Fuxi, Synodum convocaverant, Sessio hæc initium habuit, ubi Legatis pacti Narbonnensis executionem pollicitantibus, sicut ceteris suæ quoque sedes assignabantur. Occurrit insuper in actis hujus